

Band III., Nr. 590, Seite 45-46

*Pfalzgraf Rudolf von Tübingen entscheidet einen Streit des Klosters
Marchtal mit den Grafen von Berg über die von den letzteren beanspruchte
Vogtei der Kirche in (Kirch-)Bierlingen.*

Biberach, 1216. Juni 1.

. . Rudolfus comes, palatinus de Tuwingen, fratri Rudigero preposito et fratribus in Marthel¹ salutem et ipsorum profectui intendere plena fide. Innotescat caritati vestre, sicut et est notum, et universis hoc scire volentibus, quod cum olim Hvgo comes palatinus de Twingen, pater meus bone memorie, et Elizabet mater mea monasterium vestrum in ordine Premonstratensi nova possessionum dote fundassent et inter alia curiam sitam in villa Bilringen², que tunc dicebatur Manegoldi, contra orientem, quam quidem curiam pater meus predictus ab ava sua Bertha comitissa de Clementia iure hereditario possedit, cui etiam curie ius patronatus ecclesie predicte in Bilringen est annexum, cum universitate per totam eandem villam, que vulgariter dicitur ehafti, vestro monasterio cum omni iure liberaliter donassent, comitesque de Berga³ advocatiam in ecclesia predicta sibi usurparent, nullo sibi iure in eadem competenti, licet prepositus Manegoldus dicti monasterii quinquies in Romana curia et quindecies Mogontie et multociens Constantie advocatiam predicte ecclesie pleno iure per diffinitivam sententiam suo monasterio obtinuisset, ego demum, velut fundator dicti monasterii, set non advocatus, volens periculis futuris obviare, habito maturo consilio sapientum, inter monasterium predictum et comites iam dictos taliter litem sedavi et terminavi, ita ut comites prefati advocatiam super terciam partem fundi, hoc est super locum tercię partis in quo ecclesia est constructa habeant et non amplius, omnibus fructibus et proventibus de eadem ecclesia provenientes eisdem denegatis, presertim cum ex hoc sint securi ne ipsa ecclesia a dicto monasterio aliquibus principibus nomine advocatie committatur, quod propter futuras discordias que possent oriri maxime metuebant; tali pacto interposito, ita videlicet, ut si dicti comites vel ipsorum heredes aliquid sibi ulterius vendicaverint, homines predicti monasterii ibidem residentes aliquo obsequio gravantes vel aliquid de fructibus ipsius ecclesie violenter auferentes, ipso facto iure eis concesso in dicta ecclesia protinus per omnia sint privati. Ego enim et omnes mei progenitores nichil feodi a dictis comitibus possedimus, set nobilitatis titulus equo

¹Obermarchtal.

²Kirchbierlingen.

³Vgl. WUB, Bd. III, S. 18, Nr. 568.

II

iure vel ampliori nos decoravit, unde quod pro dei amore religiosis contulimus volumus esse ab aliis liberum et quietum, presenti scripto sigillo meo et sigillo domini mei C. Constantiensis episcopi in testimonium huius facti roborato. Nos, dei gratia C. episcopus Constantiensis, compositioni huic interfuimus, eandem auctoritate ordinaria sigillo nostro munientes.

Datum et actum Biberach, anno domini M^o. CC^o. sexto decimo, kalendis Iunii, indictione V^a. .

Testes sunt: abbas Bruno de Bebinhusen, Fridericus prepositus de Sindelvingen, Albertus de Stuzzelingen⁴, Swigerus de Gundeluingen et multi alii.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

An weiß und grau geflochtenen Schnürchen hängen zwei Siegel. 1) Das erste ist rund und von grünem Wachs. Der Pfalzgraf, auf rechtshin rennendem Rosse, im Topfhelm und mit der rückwärts flatternden, pfalzgräflichen Fahne, ist darauf noch erkennbar, das Wappen auf dem an sich ziemlich undeutlichen Schild vor seiner Linken aber nicht mehr. Das ganze Siegel ist von sehr viel roherer Arbeit als das seines Vaters. Umschrift: SIGILL^{um}. RODOLFI . P[ALAT]INI DE . TWINGEN. 2) Das zweite ist länglich rund, von rötlich grauer Masse und zerbrochen. Es zeigt den auf einem verzierten Lehnstuhl sitzenden Bischof im Amtsschmuck mit dem Krummstabe in der Rechten und dem aufgeschlagenen, herauswärtsgekehrten Buch in der Linken. Umschrift: CVNRADVS . DEI . GRatiA . [C]ONSTANTIENSIS . EPC., d. i. *episcopus*. (Die E auf beiden gerundet, *vs* in *Cvnradvs* zusammengezogen.)

⁴Altsteußlingen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 475 U 134

Überlieferung und Textkritik:

Abschrift auf Papier aus dem 18. Jahrhundertim StA Sigmaringen: Dep. 30/12 T 1 Nr. 1239.

Regesten:

Die Urkunden des Reichsstifts Obermarchtal. Regesten 1171-1797, bearb. von Hans-Martin Maurer und Alois Seiler, Redaktion Sabine Meyer, hrsg. Von Wolfgang Schürle und Volker Trugenberger, Konstanz 2005 (Documenta Suevica, 5), S. 55 f., Nr. 19. Regesten Grafen von Berg, S. 17, Nr. 51.

Weitere Angaben

Überlieferungsart:

Ausfertigung

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Biberach

Aussteller:

Rudolf; Pfalzgraf von Tübingen

Ortsindex:

Altsteußlingen Wohnplatz (16761)

Altsteußlingen, Ehingen (Donau), UL

Bebenhausen Wohnplatz (16199)

Bebenhausen, Tübingen, TÜ

IV

Berg Wohnplatz (16762)
Berg, Ehingen (Donau), UL
Biberach an der Riß Wohnplatz (17113)
Biberach an der Riß, BC
Gundelfingen Wohnplatz (15913)
Gundelfingen, Münsingen, RT
Kellmünz an der Iller, NU
Kirchbierlingen Wohnplatz (16782)
Kirchbierlingen, Ehingen (Donau), UL
Konstanz Wohnplatz (14442)
Konstanz, KN
Mainz, MZ
Obermarchtal Wohnplatz (16905)
Obermarchtal, UL
Rom, Latium, Italien
Sindelfingen Wohnplatz (211)
Sindelfingen, BB
Tübingen Wohnplatz (16214)
Tübingen, TÛ